



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

7. Causæ plures afferuntur, ob quas præceptum sit Sacerdotibus vt  
aquam vino in calice offerendo miscerent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

deuotione. Vide S. Ambros. lib. 5. de Sacrament. c. 4. Egid. de ConincK de Sacrament. tom. 1. quest. 80. nu. 79. eum segg. Jacob. de Graff. de arbitr. confess. lib. 1. c. 30. Victorel. in notis ad Nauar. in man. cap. 41. pag. 110. Lorin. in Act. Apostol. cap. 2. vers. 32. pag. mihi 136. Ioan. de Lugo de Sacram. tom. 1. tract. de Eucharist. disp. 17. sect. 1. num. 1.

*Causæ plures afferuntur ob quas præceptum sit Sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo miscerent.*

## C A P V T VII.

<sup>a</sup> Carthag. c. 24. & Brac. car. 3. cap. 1. ex Cypriano lib. 2. epist. 5. b Apoc. 17.

**M**onet deinde sancta Synodus præceptum esse <sup>a</sup> ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent, tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia <sup>b</sup> latere eins aqua simul cum sanguine exierit. quod Sacramentum hac mixtione recolitur: & cum <sup>b</sup> aqua in Apocalypsi beati Ioannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repræsentatur.

**V**ide Gulielm. Durand. in rationali diuin. offic. lib. 4. cap. 30. S. Thom. in 3. p. quest. 74. art. 8. vbi Nogn. vers. sit igitur conclusio, Stephan. Durant. de ritibus Ecclesiæ lib. 2. cap. 17. Henr. in sum. lib. 9. cap. 47. §. 27. & 28. Viuald. in candel. aureo, vbi de Euchar. c. 10. num. 3. Iodoc. Cocc. in tom. 2. thesauri Catholici lib. 6. art. 14. Jacob. de Graff. in aureis decisi. p. 2. lib. 1. cap. 6. num. 17. Barthol. ab Angelis in examine Confess. dial. 4. §. 355. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 3. vers. altera quæsti. Petri. de Ledesma in summ. p. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia. cap. 4. concl. 16. & 17. Vasq. in 3. part. disput. 176. num. 13. & disput. 179. num. 11. Moyses. in sum. Theolog. moral. tract. 3. cap. 2. num. 37. Egid. de ConincK de Sacrament. tom. 1. quest. 74. art. 6. num. 128.

Bonac. de Sacrament. disp. 4. quest. 2. puncto 4. nu. 4. Hombon. de Bonis de examine ecclesiast. tract. 4. c. 10. q. 85. & 86. & 87. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta. præc. 3. lib. 2. cap. 4. quorum duo ultimo loco citati queruntur, vtrum aqua immediate in sanguinem Christi convertatur, & an si vinum vel aqua vino consecrato admisceatur, totum consecretur? nouissime Ioann. de Lugo tom. 1. tract. de venerabili Euchar. Sacramento disp. 4. sect. 2. & num. 22. Hurtado de Sacram. tom. 2. de Eucharistia disp. 2. difficult. 10. cum segg. vbi disputat, an expediens sit aquam vino consecrando miscere, & diffic. 11. vtrum aquam vino consecrando miscere sit necessarium necessitate præcepti, & diffic. 12. an mixtio aquæ.

*Missa non dicenda vulgari lingua, eius tamen mysteria populo sunt frequenter inculcanda per animarum curatores.*

## C A P V T VIII.

<sup>1</sup> Missa quid, remissiuè.

<sup>2</sup> Missa celebrari non potest materna, & vulgari lingua.

<sup>Thren. 4.</sup>  
<sup>e ScR. 24 c. 7.</sup>

**E**T si Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem: non tamen expedire visum est Patribus, <sup>a</sup> vt vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem retento vbiique cuiusque Ecclesiæ antiquo, & à sancta Romana Ecclesiæ, omnium Ecclesiarum matre, & magistra, probato ritu, ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant, & non sit qui frangat eis: mandat sancta Synodus pastori bus, & singulis, curam animarum gerentibus, vt frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios ex ijs que in Missa leguntur, aliquid exponant, <sup>a</sup> atque inter cætera sanctissimi huius sacrificij mysterium aliquid declarant, diebus præsertim Dominicis, & festis.

<sup>1.</sup> **D**E expositione Missæ breuiter agit Jacob. de Graff.

<sup>a</sup> in aureis decision. p. 1. lib. 4. cap. 47.

<sup>2.</sup> **a** Ut vulgari passim lingua celebraretur. ] Materna, & vulgari lingua Missam celebrari non posse per hunc text. tenet Petr. Sot. lett. 15. de ceremon. Missæ. Cardin. Bellarmín. tom. 1. lib. 1. cap. 2. vers. propositio. Baldun. iun.

ad eundem sub verbo propositio, vers. probatur tertio, pag. mihi 13. Barthol. ab Anglo dialog. 5. de Missa §. 461. Azor. institut. moral. part. 1. libro 8. cap. 26. quest. 6. vers. verum. Bonac. de Sacrament. disput. 4. quest. ult. puncto 9. num. 36. Emman. de Valle de incantar. & en salm. opuse 1. sect. 2. cap. 6. num. 34.

## De Sacrificio Missæ.

<sup>1</sup> Sacrificium verum, & proprium offertur Deo in Missa, qui secus dixerit, anathema.

<sup>2</sup> Christus illis verbis, hoc facie in meam commemorationem, instituit, & ordinavit Apostolos Sacerdotes, vt ipsi aliquæ Sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum.

<sup>3</sup> Sacrificium Missæ est propitiatorium, & offerri debet pro viuis, & defunctis, pro peccatis, penit. & satisfactionibus, & alijs necessitatibus.

<sup>4</sup> Per Missa sacrificium non derogatur sanctissimo Christi sacrificio in Cruce peracto, qui secus dixerit, anathema.

<sup>5</sup> Missæ celebrantur in honorem Sanctorum.

<sup>6</sup> Canonem Missæ errorem continere si quis dixerit, anathema.

<sup>7</sup> Missas in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse si quis dixerit, anathema.

<sup>a</sup> CA-